

fuerit: qui postremus etiam Christi
adventus nobis est.

Ut tandem in paradysum translati, gloria
& felicitate sempiterna beemur.
Rom. 8, 18.

DOMINICA LI.

Ex Quæst. 124.

*VOLUNTATI DEI, FIDEI AC
vita nostra norma, nos unice subjiciamus.*

TEXTUS Matth. 16. 24. & seq.

*Vers. 24. Tunc Iesus dixit discipulis suis, si quis
vult pone me venire, abdicet semetipsum
& attollat crucem suam ac sequatur
me.*

*vers. 25. Quisquis enim voluerit animam suam
servare, perdet eam: quisquis autem per-
diderit animam suam mea causa, inve-
niet eam.*

QUÆST. 124. Quæ est tertia petitio?

RESP. Fiat voluntas tua, quemadmodum in celo,
sic etiam in terra: hoc est, Da ut nos &
omnes homines voluntati propriae renun-
tantes, tue voluntati, quæ sola est sancta,
promptè & sine ullo murmure paream-
us: Atque ita alacriter exequamur,
quemadmodum faciunt Angeli in celo.

CATE-